

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Qu. III. Quodnam sit fastigium mysticorum oraculorum plusquam  
indemonstrabile?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

na, ac de essentia d' vina, & bonitate : sed dicit, Trinitatem esse supra essentiam, & bonitatem di-  
vinam, prout à nobis concipiuntur, & prout no-  
bis communicantur ; ergo in eodem sensu potest  
dici supra naturam divinam, seu supernaturalem,  
& non est cur solum talis dicatur respectu natura-  
cristi. Consequens pater à paritate rationis.  
Minor costrat ex secundo, & tertio praeiorato;  
supponit o' ex primo praeiorato, super naturale i-  
dem esse, ac supra naturam.

*Objectio.*

*Solutio.*

Dices, ex eodem primo praeiorato, supernatu-  
rale non dici à natura, ut significat essentiam, a-  
liás DEUS esset supra suam essentiam : ergo in  
præsenti non debet Trinitas dici supernaturalis,  
ut est supra naturam, vel essentiam divinam. Re-  
spondetur negando consequentiam in sensu ex-  
pli o. Qu'a licet supra naturale absoluē loquen-  
do non dicatur à natura, prout significat essentiam  
proper prædictum inconveniens : loquen-  
do verò de natura vel essentia non absołe è, sed  
prout à nobis concipiatur, vel nobis communica-  
tur, nullum sequitur inconveniens : nec est cur  
magis in hoc sensu dicatur supernaturalis, seu su-  
pra essentiam, & non dicatur supernaturalis seu  
supra naturam in eodem sensu, semper enim præ-  
sumendum est, non varia i' sensu sub eadem  
clausula.

Rationem autem cui S. Dionyſius his termi-  
nis sapientur, affer D. Thomas in preface ad  
Commentaria libri de divinis nominibus, dicens:  
Dionyſium per amque uti styllo & modo loquendi Pla-  
tonico (for è qua ante Christianum horum  
Philosophorum proficeretur scholam) sic ut enim  
Platonici ponebant species rerum separata, v.g.  
hominem, in quo nihil esse, nisi quod pertinet ad  
essentiam humanitatis, unde hominem separa-  
tum appellabant per se hominem, alios autem  
homines per participationem, ac proinde quod  
homo separatus esse supra omnes homines. Si-  
miles ponebant unum primum, quod si essentia  
bonitatis, unitatis, & esse (quod nos dicimus  
DEUM) & quod omnia alia in entia, & bona,  
& una per derivationem ab illo, quod proinde  
est principale bonum, & superbonum, supra bo-  
nitatem, essentiam, & substantiam ; & sicut pri-  
mum dictum de speciebus separatis est falsum : ita  
hoc secundum dictum de DEO est verissimum,  
& consonum fidei. Vnde (inquit D. Thomas)  
Dionyſius DEUM nominat, quandoque ipsum quidem  
bonum, aut superbonum, aut principale bonum,  
aut bonitatem omnium boni. Et similiter nominat ipsum  
superiorum supersubstantiam. Cip̄sam Deitatem  
Thearchicam id est, principalem Deitatem, quia et-  
iam in quibusdam creaturis recipitur nomen Deitatis  
secundum quandam participationem.

Solvantur argumen-  
ta in  
principio  
quest.  
proposita.

Ex quibus ad rationem d'bitandi responde-  
tur, Trinitatem esse ipsammet essentiam, divin-  
itatem & bonitatem divinam, prout essentia, divi-  
nitas, & bonitas sunt in se, non verò prout à nobis  
concipiuntur, vel à nobis participantur. Deinde  
ad id, quod opponitur de supernaturali, dicimus  
non esse, si volum sic appellare Trinitatem  
non per ordinem solum ad naturam etiam, sed  
etiam per ordinem ad divinam, modo d'cto. Imo  
sic fuit convenientissimum statim in principio  
hujus libri sic appellare Trinitatem. Nam (ut in-  
qui Pachymera in sua paraphrasi ad hunc librum)  
dum Dionyſius agere insisteret de mystica  
Theologia, hancip̄am preicationem mystice et  
iam composuit : non enim dicit, quid li Titus,

sed quibus est superior, cùm hoc sit proprium hu-  
jus Theologiae cognoscere DEUM esse supra o-  
mnia, qua mens intelligi.

Tandem ad id, quod additur contra princi-  
palem solutionem, respondeatur, Trinitatem, Di-  
vinitatem, & bonitatem DEI cognosci quidem à  
fide quoad an est, non tamen quoad quid est, nisi  
confale, & per speculum in ængiante : cogno-  
scit enim DEUM non esse in se, sicut à nobis a-  
ngmaticè per creaturas cognoscitur. Ad illud de  
Divinitate in creaturis dicendum non esse eam in  
illis formaliter & essentialiter, sicut est in DEO,  
sed per participationem, ut diximus notabiliter.

### QVAESTIO III.

Quoniam sit fastigium mysticorum Scri-  
ptorum, seu oraculorum plusquam in-  
demonstrabile, &c.

O raculum idem est, quod divina responsio,  
unde etiam sumitur pro templo, & pro pra-  
piciario, in quo responsa dabuntur : item pro  
omnino, in quo aliquid denuntiatur, item pro al-  
qua insigni sententiâ, &c. de quibus vide Bey-  
link in theatro virorum, & Calcepsum verbo Or-  
aculum. Unde quidquid à DEO revelatum est, po-  
test dici Oraculum objecti è, tanquam objectum  
revelacionis, ut est formaliter oraculum.

Sit ergo Concl. sio, fastigium, seu apex oracu-  
lorum mysticorum sive mysteria divina revelata,  
ut cadunt sub objectum Theologiae mystice.  
Probatur, quia S. Dionyſius postular at hunc di-  
vinum ad doctrinam tradendam de mystica  
Theologia, quia est materia hujus libri, ac proinde  
ad ejus objectum proponendum, q'z sunt  
mystica divina cognita in caligine. Unde ex vo-  
ca mystica, & ideo hoc dictum apex i' fastigium  
sanctorum illorum ; quia sic proponunt ad con-  
templandum alii, & supremo modo possi-  
bili in hac vita. Et dicitur plusquam indemonstrabi-  
le, quia non solus est indemonstrabile, sed nec  
etiam cognoscibile in hac vita, ut in se sit, & hoc  
modo proponitur.

Dicitur etiam plusquam lucens, quia in ipsam  
rationis naturalis cœcta & utilia lumen fidei, vel  
donorum Spiritus sancti majori certitudine, quā  
si demonstratione naturali cognoscere, mo-  
etiam aliquando majori claritate saltem in arte  
stante, & quod an est. Ex quo sequitur, mysticam  
ipsam Theologiam, per quam ad hoc fastigium  
contemplandum erigimus, esse luminam & ea  
premam contemplationem mysteriorum DEI.

Si obicias, D. Dionyſius loquitur hic præcep-  
de cognitione DEI in caligine, ut pater ex iusta  
capi: & ex contextu; sed hoc non est suprema  
contemplatio, sicut datur ultimus gradus  
Theologiae mystice, qui excedit alios : ergo non  
bene dicitur suprema contemplatio. Responde-  
tur, hanc contemplationem in caligine sicut ha-  
bere extensionem, & licet principali et tribuatur  
seconde gradu Theologia mystice infusa, ad-  
huc inventur in tertio, & supremo gradu,  
qui, licet sic clarissimus quoad cognitionem  
DEI quia est, vel quod an est, semper manet ob-  
cursus in cognitione DEI quid est. D. autem Diony-  
ſius vocat i' premam contemplationem mystice  
Theologiae respectu aliarum contemplationum, non

non vero respectu unius gradus ad aliud intra eam. E sic ista contemplatio infusa est suprema omnium iam acquisitæ cum quæm infusarum; ita contemplatio mystica Theologiae acquisitæ omnium acquiratur est suprema.

## QVÆSTIO IV.

Quomodo mysteria Theologiae, seu fidei, ut contemplantur in mystica Theologia, dicuntur simplicitas, absoluta, & immutabilitas?

**M**ysteria fidei, ut mysterium Trinitatis, & ea, que ad Divinitatem pertinent, quando contemplatur per affirmationem, quodammodo vestuntur vel symbolis & metaphoris integrumentis, ut cùm DEUM concipiatur ut sole, ut lucem, ut nebula, &c. vel perfectionibus cognitiis ex creatis, que licet in DEO sint verè & propriè, non tamen ut eas concipiatur ad modum creatarum. Unde mysteria sic cognita non concipiuntur ut simplicitas, sed ut compositum ex eo quod late sub illis imaginib[us] creatis, & ex eo quod qualib[us] perfectio et[er]na semper habet aliquam compositionem, vel ex materia & forma vel ex subiecto & accidente, vel ex potentia & actu, vel deinde ex essentia, & existentia, quam quidem compunctionem involvit concepus, quem formamus de divinis per similitudinem ad creatam. Item non concipiuntur ut absolute, sed vel per respectum ad creature, vel ut implicant illis. Nec etiam ut immutabilitas, cum quia conceptus illius potest variari de uno in alium, si cognoscatur DEUS jam ut lux, jam ut nebula, vel jam ut sapientia, jam ut justus, jam ut misericors: cum quia concipiatur ad modum rerum mutabilium, quales sunt omnes res creatæ. Licet sim ut cognoscamus confundere DEUM aliter se habeat, & esse infinite super exceedingem, & nec compositum, nec repletivum, nec mirabilem.

Sit ergo conclusio, quatenus concipiimus DEUM per remotionem, & contemplatur eum in caligine, concipiut ut quid simplex, sine praeditis compositionibus, ut quid absolute, & veluti nudum à conceptibus creatarum, & ut quid immutabile, siquidem sine conceptu mutabilium, sed conceptus omnino simplici & invariabilis. Und D. Maximus in explicatione hujus loci, aiunt, simplicitas & absolute sunt, que nude, licet sunt, sine symbolis integrumentis, & sine parabolis intelliguntur & videntur. Itaque absolute dicit ea, que non per nominum explicationem, sed notionum cessatione, & absolute percipiuntur, &c.

**O**bjetio. Objetio primò est D. Dionysio de cœlesti Hierarchia, cap. 1. fieri non potest ut alter radius divinus nobis illucescat, nisi factorum varietate operimentorum obvelatus, &c. Unde D. Thomas 1. p. q. 1. art. 9. infect convenientius esse faciat Scriptura tradere divina sub similitudine corporalium, quia est naturale homini, ut per sensibilitatem intelligibilis veniat.

Respondet Dionysius Carthusian. in questione myst. D. Dionysium hic esse intelligendum, quantum ad primam informationem intellectus, juxta quod Philoponus ait, intelligentem oportetphantasmata speculari. Sed hoc locum non habent in mystica Theologia, ut clare, & expressè docet idemmet S. Dionysius verbis infra referendis in

boc capite, verbo ter verò, & charte Timothee, &c. D. Thomas vero loquitur de metaphora Scripturae, & rationem reddit, quia omnis nostra cognitio à sensu initium habet, quod minimè impugnat conclusionem nostram. Imo quest. 88. art. 2. ad 2. ait, de superioribus rebus in scientiis maxime tradatur per viam remotionis, ne per negationē imperfectionum inferiorum. Dicendum ergo est, facta velamina, seu similitudines sensibilium, quibus divina obvelantur, intervire ad contemplationem per affirmationem, non veò ad illam, que est per negationem, qualis est mystica Theologia.

Objetio secundò, omnis cognitio, que est per conversionem adphantasmata, est per similitudines sensibilium; sed nulla contemplatio hujus vitæ datur sine conversione adphantasmata: ergo nulla datur, que non sit in similitudine sensibiliom. Solatio hujus argumenti pendeat ex sequenti questione celesti admodum inter mysticos.

## QVÆSTIO V.

Vtrum contemplatio mystica Theologiae, vel aliqua contemplatio via fiat sine conversione adphantasmata?

Negativam partem tenent plures tam Scholastici, quam mystici, etiamque sequuntur ex sententia nostris V.P. Joannes à JESU MARIA cap. 6. myst. Theolog. Imo R.P. Philippus à SS. Trinitate, dum hanc materiam philosophice tractat, eam legit in summa philosophia quest. 44. art. 5. Dum vero mystici, affirmativa sequitur loco infra citando. Et videtur esse D. Thom. 2. 2. quest. 180. art. 5. ad 2. Ubi hoc intelligit non solum de cognitione naturali, sed etiam de illis, que per revelationem cognoscimus. Vid. nost. Dominicum Tom. 7. Biblioth. Theolog. lib. 7. fed. 5. cap. 7. & Anton. à Spiritu S. Tract. 3. directori mystici dispe. 3. fed. 8. & seq.

Alii autem non solum afferunt, hoc posse fieri, & de facto contingere in contemplatione supernaturali, & divina, sed etiam in contemplatione naturali rerum abstractarum, pro qua sententia nost. Thomas à JESU de contemplat. lib. 5. cap. 1. citat Philoponum lib. 2. de anima cap. 14. & lib. 3. tex. 30. Thianensem ad tex. 39. Tolerum quest. 21. Valeniam 1. Tom. diff. 6. quest. 1. panct. 3. & alios, licet ipse quoad contemplationem naturalem non videatur illis assentiri.

Dicendum tamen est, licet ordinari loquendo, & secundum communem naturam ordinent, etiam in contemplatione supernaturali, que fit modo nostro humano, non debet cognitio intellectus sine operatione phantasie, & dependens ab imaginatione, posse tamen dari, & de facto datum in virtute perfectissimis contemplationem adeo elevatum supra nostrum modum humanum, quæ nullo modo dependeat à phantasmatibus, & fiat sine conversione ad illa, vel totaliter, vel aliquando in imperceptibiliter, ut vix cognoscit possit talis conversio, que à mystico dicitur contemplatio pura, & ponitur pro primo gradu Theologie mysticæ, & in secundo & tertio gradu perfectius hæc puritas invenitur. Prima pars hujus conclusionis de contemplatione naturali, & etiam supernaturali ordinaria probatur rationibus primæ sententia, que in objectionibus afferuntur.